



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 78. Pontificis Epistolæ tam a se, quam a suis Legatis datæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæcul. XVI.** „Ecclesiæ, quibus ajebat Cæsarem, tunc  
**A.C. 1562.** „a quavis sollicitudine militari liberum  
 „ob inducias cum Turca, omnem opem  
 „præstiturum, si modo ipsi in eo con-  
 „cordes, ferventesque persisterent, nec  
 „a suo proposito recederent: porro Ar-  
 „chiepiscopus Granatensis grates per-  
 „solvit ob operam oblatam, respondit-  
 „que, quod ipsi inter se de negotio a-  
 „gere velint. „

## §. LXXVIII.

*Pontificis Epistolæ tam a se, quam a  
 suis ad Legatos datæ.*

**Pollav. n. 12.** **C**um ergo summus Pontifex ex hisce  
 literis haud obscure cognosceret,  
 quod Principes illum objecta Reforma-  
 tione potius terrere, quam eandem se-  
 rio urgere quærent, hinc non modo  
 ipse, sed etiam ipsius nomine Cardina-  
 lis Borromæus varias perscripsit literas,  
 in quibus hæc significabat: „ex Fran-  
 „ciæ Oratoribus Romæ agentibus unus  
 „non ita pridem quæstionum examen  
 „differri postulavit: ego autem ei re-  
 „spondi, quod Synodus sit libera, ad-  
 „eoque id ab ea petatur: nunc vero vo-  
 „bis indico, quod optem, ut fortiter,  
 „ac sollicitè definitiones, morumque  
 „leges peragantur, pro eo, quod divi-  
 „num obsequium ac recta ratio postu-  
 „lant post tot inutiles moras: ceterum  
 volu-

„volumen Cæsaris, & Sanctiones in Sæcul. XVI:  
A.C. 1562.  
 „Gallico conventu factas attente per-  
 „legi, & ex illis petitis articulis, de  
 „quibus vos scripsistis, mihi videtur,  
 „quod quidam concedi possint; dum-  
 „modo nullum exinde damnum Sedis  
 „Apostolicæ auctoritati inferatur: si præ-  
 „terea iterum vos urgent Cæsariani, ut  
 „integrum volumen illud in generali  
 „conventu legi sineretis; illud etiam  
 „haud recusandum, non tamen id fiat  
 „a vobis tanquam ea ita proponentibus,  
 „ut cogantur Patres ad ferenda suffra-  
 „gia de singulis tam multorum capi-  
 „tum, quorum aliqua videntur absur-  
 „dissima: hinc eadem mere significetis,  
 „ut designarentur Præsules ex variis  
 „nationibus, qui illa perpenderent, at-  
 „que inde sumerent illud solum, quod  
 „trutina, & attentione dignum anim-  
 „adverterent., Ceterum super iis e-  
 „tiam morum emendationibus, quæ a  
 „Legatis Pontifici ostensæ fuerunt tan-  
 „quam a Patribus communiter expetitæ,  
 „Papa responsa reddidit, illarum pluri-  
 „mis consensu præstito, & quamquam  
 „id videretur Pontifici, sicuti pariter  
 „legatis, non modo sufficiens, sed su-  
 „perabundans, in universo tamen ne-  
 „gotio facultatem impertiit Mantuano  
 „Cardinali eos fines transcendendi, si  
 „id consultum judicaverit.

§. LXXIX.